



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

114 Infidelitate alterius conjugum, divortium quando admittatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 114 Secundo ꝑ propter alterius conjugum infidelitatem, si conjux fidei suæ religionem corrumpere velit, & tunc fieri poterit separatio, sed licet separentur tamen semper conjuges erunt, cum matrimonium eorum sit ratum, & consummatum. *ut cap. quievit. & ibi gloss. 2. & 3. de divor. secus autem in matrimonio infidelium, quia si unus ipsorum ad fidem convertatur, altero recusante, poterit ad fidem conversus cum alia persona fidei matrimonium celebrare, c. quanto. & c. gaudemus. eo. tit. & hoc casu dissolvitur matrimonium.*
- 115 Tertio, ꝑ propter nimiam viri sævitiam, si aliter mulieri consuli non potest. *cap. literas, & ibi gloss. fin. de restit. spol. & Rom. in rubr. ff. soluto matrim. num. 21.*
- 116 Quarto, ob vitium sodomiticum, ꝑ si vir muliere contra naturam uti tentaverit, quia tunc à marito divertere potest. *cap. omnes causationes, & ibi gloss. in ver. Sodomita. & c. adulterii. 32. q. 7. Abb. in cap. maritis. in princ. de adult. & stup. & Lambert. in tract. de jur. part. in part. 1. lib. 2. q. 9. art. 18. in fin. & aliis casibus admittitur divortium, de quibus per Rom. in ead. rub. à n. 19. usque ad n. 26. Quæ omnia procedunt siue maritus præbuerit causam, siue mulier, ꝑ quia vir, & uxor non ad imparia judicantur. *cap. quasivit. ubi etiam gl. fin. de divor. & Abb. in cap. tua. nu. 7 de procur. licet Card. Tolet. in instruct. sacerdotum. c. 21. §. primus, in fin. lib. 7. tenuerit, quod propter fornicationem viri, mulieri divortium non admittatur; cujus opinio est contra tex. in cap. si quis uxorem, 32. quest. 1. & cap. fin. ead. q. 5.**
- Et quamvis per divortium conjuges separentur, semper tamen conjuges erunt, ꝑ quia vinculum conjugii inter fideles semel habitum nunquam amittitur viventibus conjugibus, etiam separatis, *cap. interveniente, & cap. licite. 32. q. 7. & gloss. 2. in dicto cap. quasivit. de divor.*
- 119 Divortia autem ꝑ duobus modis intentantur, aut de facto, aut de jure, judicis auctoritate, de facto: cum mulier propria auctoritate à domo viri recedit. De jure cum causa coram iudice expressa, legitima impetrata licentia, ex aliqua ex supradictis causis ad domum parentum, aut in aliam minimè suspectam se confert. & quocumque casu sæpe quæri solet, ꝑ an alimenta, & sumptus litis uxori extra domum ipsius viri habitanti per eundem virum sint præstanda, de quibus per Afflict. *decis. 10. & 152. Porc. cons. 160. & Surd. de alimen. tit. 7. q. 16. & alios infra citat. dos.*
- 121 Primò casu, ꝑ an mulier, quæ à domo viri propria auctoritate discessit, nullam revera habeat causam in iudicio deductam, nec probabilem, & de qua saltem aliqua fuerit fama, quæ iudicem movere posset ad dubitandum de sævitia, aut de alia ex causis supra expressis: & tunc nec alimenta, nec sumptus litis mulieri extra domum habitanti sunt à viro præstanda, donec causam legitimam probaverit, ut post Io. de Imol. & Anna. *in cap. salti briter. in fin. de usuris. consulunt Feret. in cons. 97. volum. 1. & Porc. cons. 160. etiam vol. 1. per tot. immò, nisi habeat probationes in continenti paratas, sed dilationes expectet longiores, est restituenda marito. ut c. literas. §. quod si. de rest. spol. ꝑ Pro quolibet enim levi offensa non licet mulier discedere à marito, quia potest vir mulierem verberibus castigare, dummodo, non excedat modum. gl. fin. in cap. quemadmodum, de pure jur. ubi etiam Abb. n. 15. & post*